




DE LA BIBLIOTHÈQUE  
DE  
**RENÉ STUREL**  
AGRÉGÉ DE L'UNIVERSITÉ  
CHEVALIER DE LA LÉGION D'HONNEUR  
CROIX DE GUERRE  
AUTEUR DE *Jacques Amyot*  
*Traducteur des Vies Parallèles de Plutarque*  
Né à Paris, le 23 Avril 1885  
Mort pour la France  
à la bataille de Charleroi  
le 22 Août 1914

*Remisection*  
*2009*

*Handwritten notes and sketches, including a diagram of a hexagon with internal lines.*

Pica 3

*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

[illegible]

Handwritten text in a cursive script, likely a letter or document. The text is written on aged, stained paper and is oriented vertically, reading from right to left. The script is dense and somewhat difficult to decipher due to the cursive style and the condition of the paper. The text appears to be a formal or semi-formal communication, possibly a letter of introduction or a report. The right side of the page shows the edge of the next page, which also contains handwritten text.

*[The page contains dense handwritten text in a cursive script, likely from a 17th-century manuscript. The text is written in dark ink on aged paper and covers most of the page area.]*

# Arguerienus

Primo lib. gorgium expo sunt poeta rationem collatorum agrorum quae  
 in fumigati calidum rati quod terra et per praedictum requiruntur  
 ostendit etiam huiusmodi quae terra frugibus adhaerent docent proterea quae  
 coeli tempestates agricolis vitantur sunt et quae summo futura mutationis  
 acris praesentibus possint. Secundo lib. Vachum exponit munda rationem  
 collatorum vinearum et positus multarum arborum generibus quae vici  
 vitiis paritandis utilis sunt. Item de vitiis docent. Tertio lib.  
 de pascuorum ratio habetur ostendit vitiis quae forma et habitus  
 quorum vel bonum munda et vitatur dicitur quae cura vitulis tamis et  
 vacois atque equis indiget docet et quae ratione carere debent tam cum  
 in vitiis gerantur. Proterea declarat quae cura oues et capra fieri  
 debent lactis inter et sane ratione habita remota adduntur de  
 septuaginta et eamque postremo quibus morbis proterea sunt obnoxia  
 et quae sunt eorum causa ostendit

Quem deum cum maxime inductus est praecipue variari  
 in se et unum maximum putat. Idem poeta de pascuis et proterea  
 acturis et eam parte fumocat cuius summi maxime  
 esse ait et fumocando simul et proterea quae de et acturis sit  
 et eam parte pascuis praesentis creditur

Cyclops fulmina quae arma fons sunt fuisse. Item de  
 et de afflicto cum filium aesculapii fulminis ictum gessisse  
 de se ipse. Item an cyclops quereat quod talorem antea  
 de se ipse. Item quibus filius periret fuisse. Item de se ipse  
 fratres super ob cyclops interfector. De proterea  
 de tenebris ita aperte divinitate ad tempus de se ipse  
 quae proterea assumpta de se ipse annos cum humilis de se ipse  
 quae quidem tempore benigna ab acturis et de se ipse  
 de se ipse. Item de se ipse. Item de se ipse  
 flammis parit. Item de se ipse. Item de se ipse  
 proterea fumocat



# Pub. Virgilii Maronis

## GEORGICON LIBER III.



E quoque magna Pales, & te me-  
morande canemus

Pastor ab Amphryso, vos sylva, a-  
mnésque Lycæi.

Cetera, quæ vacuas tenuissent car-  
mina mentes,

Omnia iam vulgata. quis aut Euristhea durum,  
Aut illaudati nescit Busiridis aras?

Cui non dictus Hylas puer, & Latonia Delos,  
Hippodaméque? humeróque Pelops insignis eburno,  
Acer equis? tentanda via est, qua me quoque possim  
Tollere humo, victórque, virúm volitare per ora.

Primus ego in patriam mecum (modò vita superfit)

Aonio rediens deducam vertice musas:

Primus Idumæas referam tibi Mantua palmas:

Et viridi in campo templum de marmore ponam

Propter aquam, tardis ingens vbi flexibus errat

Mintius, & tenera prætexit arundine ripas.

In medio mihi Cæsar erit, templúmque tenebit.

Illi victor ego, & Tyrio conspectus in ostro,

Centum quadrijugos agitabo ad flumina currus.

Cuncta mihi Alphæum linquens, lucósque Molorchi,

Curibus, & crudo decernet Græcia cæstu.

G E O R G.

Ipse caput tonsæ folijs ornatus oliuæ  
Dona feram. iam nunc solennis ducere pompas  
Ad delubra iuuat, cæsosque videre iuencos;  
Vel scena vt versis discedat frontibus: utque  
Purpurea intexti tollant aulæa Britanni.  
In foribus pugnam ex auro, solidoque elephanto  
Gangaridum faciam, victorisque arma Quirini.  
Atque hic vndantem bello, magnûmque fluentem  
Nilum, ac nauali surgentes ære columnas.  
Addam vrbes Asiæ domitas, pullûmque Niphatem,  
Fidentemque fuga Parthum, versisque sagittis:  
Et duo rapta manu diuerso ex hoste trophæa:  
Bisque triumphatas vtroque ab littore gentes,  
Stabunt & Parij lapides, spirantia figura,  
Assaraci proles, demissæque ab Ioue gentis  
Nomina, Troisque parens, & Troiæ Cynthius auctor:  
Inuidia infelix, furias, amnẽmque seuerum  
Cocyti metuet, tortosque Ixionis angues,  
Immanẽmque rotam, & non exuperabile saxum.  
Intereà Dryadum syluas, saltûsque sequamur  
Intactos, tua Mecœnas, haud mollia iussa.  
Te sine nil altum mens inchoat. en agẽ segnes  
Rumpe moras, vocat ingenti clamore Cithæron,  
Taygetique canes, domitrixque Epidaurus equorum:  
Et vox assensu nemorum ingeminata remugit.  
Mox tamen ardentes accingar dicere pugnas  
Cæsaris, & nomen fama tot ferre per annos,  
Tithoni prima quod abest ab origine Cæsar.





## LIBER III.

Seu quis Olympiacæ miratus præmina palmæ

Pascit equos, seu quis fortes ad aratra iuuenkos:

Corpora præcipue matrum legat. optima toruæ

Forma bouis, cui turpe caput, cui plurima ceruix,

Et crurum tenuis à mento palearia pendent.

Tum longo nullus lateri modus, omnia magna,

Pes etiam: & camuris hirtæ sub cornibus aures.

Nec mihi displiceat maculis insignis, & albo,

Aut iuga detrectans, interdumque aspera cornu,

Et faciem tauro propior: quæque ardua tota,

Et gradiens ima verrit vestigia cauda.

Ætas Lucinæ, iustosque pati Hymenæos,

Definit antè decem, post quattuor incipit annos:

Cetera nec fœturæ habilis, nec fortis aratris.

Interea, superat gregibus dum læta iuuentus,

Solue mares, mitte in Venerem pecuaria primus:

Atque aliam ex alia generando suffice prolem.

Optima quæque dies miseris mortalibus æui

Prima fugit: subeunt morbi, tristisque senectus,

Et labor: & duræ rapit inclementia mortis.

Semper erunt, quarum mutari corpora malis:

Semper enim refice: ac, ne post amissa requiras,

Ante veni, & sobolem armento fortire quotannis.

Nec non & pecori est idem delectus equino.

Tu modò, quos in spem statuis submittere gentis,

Præcipuum iam inde à teneris impende laborem.

Continuò pecoris generosi pullus in aruis

Altius ingreditur, & mollia crura reponit.

Primus & ire viam, & fluuios tentare minacēs.  
 Audet, & ignoto sese committere ponti:  
 Nec vanos horret strepitus: illi ardua ceruix,  
 Argutumque caput, breuis aluus, obesaue terga,  
 Luxuriatque toris animosum pectus. honesti  
 Spadices, glaucique: color deterrimus albis,  
 Et giluo: tum, si qua sonum procul arma dedere,  
 Stare loco nescit, micat auribus, & tremit artus,  
 Collectumque premens voluit sub naribus ignem.  
 Densa iuba, & dextro iactata recumbit in armo,  
 At duplex agitur per lumbos spina: cauaturque  
 Tellurem, & solido grauitur sonat ungula cornu.  
 Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis  
 Cyllarus: & quorum Græij meminere poetæ,  
 Martis equi bijuges, & magni currus Achillis.  
 Talis & ipse iubani ceruice effudit equina,  
 Coniugis aduentu pernix Saturnus: & altum  
 Pelion hinnitu fugiens impleuit acuto.  
 Hunc quoque, vbi aut morbo grauis, aut iam segnior  
 annis:

Deficit, adde domo, nec turpignosce senectæ.  
 Frigidus in Venerem senior, frustraue laborem  
 Ingratum trahit: &, siquando ad proelia ventum est,  
 Vt quondam in stipulis magnus sine viribus ignis,  
 Incassum furit. ergo animos, æuūque notabis  
 Præcipue: hinc alias artes, prolemque parentum,  
 Et quis cuique dolor victo, quæ gloria palmæ.  
 Nonne uides? cum præcipiti certamine campum



Post periculum ad palatos quoru dicitur esse pueri in albia. Etia  
esse potuit amittitur ad curiam puerum s. pendit. Quod iis  
hactenus sit qui de diuina cura vultuatur. Sed et campis ad munit  
esse s. lumbi. Et dicitur pueri pueri ne pueri diu laboribus curam  
adtrahent. Dandum proinde opem esse. Et arietes ad munitur tot  
corpore albus sit. Si diu vel bona tantum ingra sit puerum  
et no agni oratur. macula. Quod quidem pueri dantur sum esse  
cura diu candida si molis sit. Et pueri pueri pueri pueri pueri  
quidam coloris facies suscipiat. **MMCC** **Si Alia mureo**

fabula et pueri diu curam captem quodammodo hinc amittitur amplius.  
Pueri pueri non pueri pueri pueri pueri pueri pueri pueri pueri pueri pueri  
Dicitur de iis animalibus et sit, quod vacantes adferunt dicitur quod tunc  
tunc pueri pueri animalia nocturna ne pueri pueri dantur in fame  
maior aqua adrima et galbannus fructus in fabulis dicitur. Dicitur  
ad fugandos pueri quorum moribus pueri pueri pueri pueri pueri pueri

Et pueri diu curam dantur munitur pueri captem pueri in pueri no  
et munitur et curam et pueri pueri pueri pueri pueri pueri pueri pueri pueri pueri  
prostat cum quodam pueri pueri pueri pueri pueri pueri pueri pueri pueri pueri  
pueris pueris pueris pueris pueris pueris pueris pueris pueris pueris pueris pueris  
pueris pueris pueris pueris pueris pueris pueris pueris pueris pueris pueris pueris

Et pueri captem pueri maxime pueri et pueri pueri pueri pueri pueri pueri pueri pueri pueri  
Valmureo dicitur pueri pueri pueri pueri pueri pueri pueri pueri pueri pueri pueri pueri  
pueri pueri pueri pueri pueri pueri pueri pueri pueri pueri pueri pueri pueri pueri pueri pueri  
pueris pueris pueris pueris pueris pueris pueris pueris pueris pueris pueris pueris  
pueris pueris pueris pueris pueris pueris pueris pueris pueris pueris pueris pueris

**D**icitur quam ostendit

## LIBER II.

Corripuere, ruuntque effusi carcere currus:

Cum spes arrectæ iuuenum, exultantiæque haurit

Corda pauor pulsans: illi instans verberare torto,

Et prondant lora: volat vi feruidus axis:

Iamque humiles, iamque elati sublimè videntur

Aëra per vacuum ferri, atque assurgere in auras.

Nec mora, nec requies: at fuluæ nimbus arenæ

Tollitur: humescunt spumis, flatuque sequentum.

Tantus amor laudum, tantæ est victoria curæ.

Primus Erichthonius currus, & quattuor ausus

Iungere equos, rapidisque rotis insistere victor.

Frena Pelethronij Lapithæ, gyrosque dedere

Impositi dorso: atque equitem docuere sub armis

Insultare solo, & gressus glomerare superbos.

Æquus vterque labor: æque iuuenemque magistri

Exquirunt, calidumque animis, & cursibus acrem:

Quauis sæpe fuga uersos ille egerit hostes:

Et patriam Epeirum referat, fortisque Mycenæ:

Neptuniquè ipsa deducat origine gentem.

His animaduersis, instant sub tempus, & omnes

Impendunt curas denso distendere pinguì,

Quem legere ducem, & pecori dixere maritum:

Florentesque secant herbas, fluuiosque ministrant,

Farræque, ne blando nequeant superesse labori,

Inualidique patrum referant ieiunia nati.

Ipsa autem macie tenuant armenta volentes:

Atque ubi concubitus primos iam nota voluptas

Sollicitat, frondesque negant, & fontibus arcent:

Sæpe etiam cursu quatiunt, & Sole fatigant.

Cum grauer tonis gemit area frugibus, & cum  
Surgentem ad Zephyrum palæ iactantur inanes.

Hoc faciunt, nimio ne luxu obtusior usus

Sit genitali aruo, & sulcos oblimet inertes,

Sed rapiat sitiens Venerem, interiusque recondat.

Rursus cura patrum cadere, & succedere matrum

Incipit. exactis grauidæ cum mensibus errant,

Non illas graubus quisquam iuga ducere plaustris,

Non saltu superare viam sit passus, & acri

Carpere prata fuga, fluuiosque innare rapaces.

Saltibus in vacuis pascant, & plena secundum

Flumina, muscus vbi, & viridissima gramine ripa,

Speluncæque tegant, & laxea procubet umbra.

Est lucos Silari circa, ilicibusque virentem

Plurimus Alburnum volitans, cui nomen Afilo

Romanum est: æstron Gray vertere vocantes.

Asper, acerba sonans, quo tota exterrita syluis

Diffugiunt armenta: furit mugitibus æther

Concussus, syluæque, & sicci ripa Tanagri.

Hoc quondam monstro horribiles exercuit iras

Inachia Iuno pestem meditata iuuentæ.

Hunc quoque (nam medijs feruoribus acrior instat)

Arcebis grauido pecori: armenta que pascet

Sole recens orto, aut noctem ducentibus astris.

Post partum, cura in vitulos traducitur omnis:

Continuoque notas, & nomina gentis inurunt.

Et quos aut pecori malint summittere habendo,

Aut aris seruare sacros, aut seindere terram,

morborem causa


De sequis ostendit quod amittit corpore suo & sunt a quibus reddidit fugam  
posse multos decet quibus morbis potius corpore & affliguntur morbo  
causas signa & remedia indicant  
Et meliora deor

Exprobrant ignaviam illorum qui cum in aliqua felicitate morantur  
 solis diti impendunt praesentia quibus de spe impetrant non ultius  
 conantur se. misere cupas plura quid est ad de spe? ~~Exprobrant~~  
 non negligunt. Et summa indulgentia se cum deo non conantur  
 se diti. ~~Exprobrant~~ ~~Exprobrant~~ amore solent

*[Faint handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

Ad primum Antea ipse qui est laborans de labefactis partibus formatore de sanctitate  
in ipso naturalis humor qui emittit inest in ipso est quod est de  
emittit se de videri inest in natura illius et parare. Id est de  
in f. quo spirantibus et de alijs corporibus quibus ad virtutem veniunt et dicit  
invenit qui succedat in bonum illius naturalis humoris quod de videri  
paulatim deformatur et cum agere illis de f. et de alijs partibus aptis non  
se ad agendum faciem naturalis de d. et de alijs partibus aptis non  
dicitur de f. et de alijs partibus in humoribus et de alijs animalibus

[illegible][illegible]



## LIBER IM.

Et campum horrentem fractis inuertere glebis.

Cetera pascuntur virides armenta per herbas.

Tu quos ad studium, atque vsum formabis agrestem,

Iam vitulos hortare, viamque insiste domandi,

Dum faciles animi iuuenum, dum mobilis ætas.

Ac primum laxos tenui de vimine circlos

Ceruici subnecte: dehinc, vbi libera colla

Seruitio assuerint, ipsis è torquibus aptos

lunge pares, & coge gradum conferre iuuenços:

Atque illis iam sæpe rotæ ducantur inanes

Per terram, & summo vestigia puluere figent.

Post valido nitens sub pondere faginus axis

Instrepat, & iunctos temo trahat æreus orbes.

Interea pubi indomitæ non gramina tantum,

Nec vefcas salicum frondes, vluamque palustrem,

Sed frumenta manu carpes sata: nec tibi foetæ

More patrum niuea implebunt mulctralia vaccæ,

Sed tota in dulces consument ybera natos.

Sin ad bella magis stulium, turmasque feroces,

Aut Alphea rotis prælabi flumina Pila,

Et Iouis in ludo currus agitare volentes:

Primus equi labor est, animos atque arma videre

Bellantum, lituosque pati, tractuque gementem

Ferre rotam, & stabulo frenos audire sonantes.

Tum magis, atque magis blandis gaudere magistri

Laudibus, & plausæ sonitum ceruicis amare.

Atque hæc iam primò depulsus ab ybere matris

Audiat, inque vicem det mollibus ora capistris

Inualidus, etiamque tremens, etiam inscius æui.

At, tribus exactis, vbi quarta accesserit æstas.  
 Carpere mox gyrum incipiat, gradibusque sonare  
 Compositis, sinuétque alterna volumina crurum:  
 Sitque laboranti similis: tum cursibus auras  
 Prouocet: ac per aperta volans, ceu liber habenis,  
 AEquora, vix summa vestigia ponat arena.  
 Qualis Hyperboreis Aquilo cum densus ab oris  
 Incubuit, Scythiæque hyemes, atque arida differt  
 Nubila: tum segetes altæ, campi que uatantes  
 Lenibus horrescunt flabris, summæque sonorem  
 Dant syluæ, longique vrgent ad littora fluctus:  
 Ille volat, simul arua fuga, simul æquora verrens.  
 Hic vel ad Elei metas, & maximâ campi  
 Sudabit spatia, & spumas aget ore cruentas:  
 Belgica vel molli melius feret esseda collo:  
 Tum demum crassa magnum farragine corpus  
 Crescere iam domitis finito: nanque ante domandum  
 Ingentes tollent animos: prensique negabunt  
 Verbera lenta pati, & duris parere lupatis.  
 Sed non vlla magis vires industria firmat,  
 Quam Venerem, & cæci stimulos auertere amoris:  
 Siue boum, siue est cui gratior vsus equorum.  
 Atque ideo tauros procul, atque in sola relegant  
 Pascua, post montem oppositum, & trans flumina lata:  
 Aut intus clausos satura ad præsepia seruant.  
 Carpit enim vires paulatim, vritque videndo,  
 Fœmina: nec nemorū patitur meminisse, nec herbæ.  
 Dulcibus illa quidem illecebris: & sæpe superbos  
 Cornibus inter se subigit decernere amantes.

Pasci-

LIBER. III.

Pascitur in magna sylua formosa iuuenca:

Illi alternantes multa vi proelia miscent

Vulneribus crebris: lauit ater corpora sanguis,

Versaque in obnixos vrgentur cornua vasto

Cum genitu: reboant syluæq; & magnus Olympus.

Nec mos bellantes vnâ stabulare: sed alter

Victus abit, longæque ignotis exulat oris,

Multa gemens, ignominiam, plagasque superbi

Victoris, tum quos amisit inultus amores:

Et stabula aspectans regnis excessit auitis:

Ergo omni cura vires exercet, & inter

Dura iacet pernox instrato saxa cubili,

Frondebis hirsutis, & carice pastus acuta:

Et tentat sese, atque irasci in cornua discit,

Arboris obnixus trunco, ventosque lacepsit

Isibus, & sparsa ad pugnam proludit arena.

Pòst, vbi collectum robur, viresque receptæ,

Signa mouet, præceptisque oblitum fertur in hostem:

Fluctus vt in medio cœpit cum albescere ponto

Longius, ex altoque sinum trahit: utque volutus

Ad terras, immane sonat per saxa, nec ipso

Monte minor procumbit: ad ima exæstuat vnda

Vorticibus, nigrâmq; alte subiectat arenam.

OMNE adeò genus in terris hominûmq; ferarûmq;

Et genus æquoreum, pecudes, pictæque volucres,

In furias ignemque ruunt: amor omnibus idem,

Tempore non alio catulorum oblita læna,

Sæuior errauit campis: nec funera vulgò

Tam multa informes vrsi, stragemque dedere,

Per sylvas: tum iæuus aper, tum pessima tigris:  
 Heu male tum Libya solis erratur in agris.  
 Nonne vides, vt tota tremor pertentet equorum  
 Corpora, si tantum notas odor attulit auras?  
 Ac neque eos iam frenâ virum, nec verbera sæua:  
 Non scopuli, rupesque cauæ, atque obiecta retardant  
 Flumina, correptosque vnda torquentia montes.  
 Ipse ruit, dentisque Sabellicus exacuit sus,  
 Et pede profubigit terram: fricat arbore costas,  
 Atque hinc, atque illinc: humeros ad vulnera durat.  
 \* Quid iuuenis, magnum cui versat ossibus in ignem  
 Durus amor? nempe abruptis turbata procellis  
 Cæca nocte natat ferus freta: quem super ingens  
 Porta tonat cæli, & scopulis illisa reclamant  
 AEquora: nec miseri possunt reuocare parentes,  
 Nec moritura super crudeli funere virgo.  
 Quid lynces Bacchi variæ? & genus acre luporum  
 Atque canum? quid quæ imbelles dant proelia cerui?  
 Scilicet ante omnes furor est insignis equarum:  
 Et mentem Venus ipsa dedit, quo tempore Glauci  
 Potniades malis membra absumplere quadrigæ.  
 Illas ducit amor trans Gargara, transque sonantem  
 Ascanium: superant montes, & flumina tranant:  
 Continuoque, auidis vbi subdita flamma medullis,  
 Vere magis (quia vere calor redit ossibus) illæ  
 Ore omnes versæ in Zephyrum stant rupibus altis.  
 Exceptantque leues auras, & sæpe sine vllis  
 Coniugijs, vento grauidæ (mirabile dictu)  
 Saxa per, & scopulos, & deprassas conualles

Dilecti...  
In Bonorum...  
Natus...  
Hic...  
Pater...  
Hic...  
Hic...  
Sed...  
Hic...  
Hic...  
Hic...  
Nec...  
Quem...  
Sed...  
Raptus...  
Castellum...  
Nunc...  
In...  
Cui...  
Et...  
Merito...  
Mille...  
Post...  
Ad...  
Iam...  
Hic...



LIBER III.

Diffugiunt: non Eure tuos, neque Solis ad ortus,  
In Boream, Caurumque, aut vnde nigerrimus Auster  
Nascitur, & pluuio contristat frigore cælum.  
Hinc demum (hippomanes, verò quod nomine dicunt  
Pastores) lentum destillat ab inguine uirus:  
Hippomanes, quod sæpe malæ legere nouercæ,  
Miscueruntque herbas, & non innoxia verba.  
Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus:  
Singula dum capti circumuectamur amore.  
Hoc latis armentis: superat pars altera curæ,  
Lanigeros agitare greges, hirtasque capellas.  
Hic labor, hinc laudem fortes sperate coloni.  
Nec sum animi dubius, verbis ea vincere magnum  
Quàm sit, & angustis hunc addete rebus honorem:  
Sed me Parnassi deserta per ardua dulcis  
Raptat amor: iuuat ire iugis, quàm nulla priorum  
Castaliam molli diuertitur orbita cliuo.

Nunc veneranda Pales, magno nunc ore sonandum.

Incipiens, stabulis edico in mollibus herbam  
Carpere oues, dum mox frondosa reducitur æstas:

Et multa duram stipula, filicumque manipulis

Sternere subter humum: glacies ne frigida lædat

Molle pecus, scabiemque ferat, turpesque podagras.

Post hinc digressus, iubeo frondentia capris

Arbuta sufficere, & fluuios præbere recentes:

Et stabula a ventis hyberno opponere Soli.

Ad medium conuersa diem, cum frigidus olim

Iam cadit, extremoque irrorat Aquarius anno.

Hæc quoque non cura nobis leuiore tuenda,

Nec minor vsus erit. quanuis Milesia magno.  
 Vellera mutantur, Tyrios incocta rubores:  
 Densior hinc soboles, hinc largi copia lactis.  
 Quò magis exhausto spumauerit vberè mulctra,  
 Læta magis pressis manabunt flumina mammis.  
 Nec minus interea barbas, incanâque menta  
 Cinyphij tondent hyrci, setâsque comantes  
 Vsum in castrorum, & miseris velamina nautis.  
 Pascuntur verò syluas, & summa Lycæi,  
 Horrentesque rubos, & amantes ardua dumos.  
 Atque ipsæ memores redeunt in tecta, suosque  
 Ducunt, & grauido superant vix vberè limen.  
 Ergo omni studio glaciem ventosque niuales,  
 Quo minor est illis curæ mortalis egestas.  
 Auertes: victumque ferēs, & virgea lætus  
 Pabula, nec tota claudes foenilia bruma.

At verò Zephyris cum læta vocantibus æstas:

In saltus vtrunque gregem, atque in pascua mittes:

Luciferi primo cum sydere, frigida rura

Carpamus, dum mane nouum, dum gramina canent,

Et ros in tenera pecori gratissimus herba est.

Inde vbi quarta sitim cæli collegerit hora,

Et cantu quærulæ rumpent arbusta cicadæ,

Ad puteos, aut alta greges ad stagna iubeto

Currentem ilignis potare canalibus vndam:

Æstibus at medijs vmbrosam exquirere vallem:

Sicubi magna Iouis antiquo robore quercus

Ingentes tendat ramos: aut sicubi nigrum

Ulicibus crebris sacra nemus acubet vmbra.

Tum

## LIBER III.

Tum tenues dare rursus aquas: & pascere rursus  
 Solis ad occasum, cum frigidus aëra Vesper  
 Temperat, & saltus refecit iam rosida Luna:  
 Littoraque Halcyonem resonant, & acanthida dumi.  
 Quid tibi pastores Libyæ? quid pascua versu  
 Prosequar? & raris habitata mapalia tectis?  
 Sæpe diem, noctemque, & totum ex ordine mensem  
 Pascitur: itque pecus longa in deserta sine vllis  
 Hospitijs (tantum campi iacet) omnia secum  
 Armentarius Afer agit, tectumque, larémque,  
 Armag; Amyclæumq; canem, Cressamq; pharetram:  
 Non secus ac patrijs acer Romanus in armis  
 Iniusto sub fasce viam cum carpit, & hosti  
 Ante expectatum positus stat in agmine castris.  
 At non, quæ Scythiæ gentes, Mæoticæque vnda,  
 Turbidus, & torquens flauentes Ister arenas:  
 Quæque redivit medium Rhodope porrecta sub axem,  
 Illic clausa tenent stabulis armenta: neque vllæ  
 Aut herbæ campo apparent, aut arbore frondes:  
 Sed iacet aggeribus niueis informis, & alto  
 Terra gelu latet, septemque assurgit in vlnas.  
 Semper hyems, semper spirantes frigora Cauri.  
 Tum Sol pallantes haud vnquam discutit umbras:  
 Nec cum inuictus equis altum petit æthera, nec cum  
 Præcipitem Oceani rubro lauit æquore currum.  
 Concrescunt subitæ currenti in flumine crustæ,  
 Vndæque iam tergo ferratos sustinet orbes:  
 Puppibus illa prius patulis, nunc hospita plaustris:  
 Aërque dissiliunt vulgo, vestesque rigescunt

Induta, cæduntque securibus humida vina:  
 Et totæ solidam in glaciem vertere lacunæ,  
 Stiriæque impexis induruit horrida barbis.  
 Interea toto non secius aëre ningit,  
 Intereunt pecudes, stant circumfusa pruinis.  
 Corpora magna boum: confertoque agmine cerui  
 Torpent mole noua, & summis vix cornibus extant.  
 Hos non immissis canibus, non cassibus vllis,  
 Puniceæve agitant pauidos formidine pennæ:  
 Sed frustra oppositum trudentes pectore montem,  
 Comminus obtruncant ferro, grauitérque rudentes  
 Cædunt, & magno læti clamore reportant.  
 Ipsi in defossis specubus, secura sub alta  
 Otia agunt terra, congestæque robora, totasque  
 Aduoluere focis vltimos, ignique dedere:  
 Hic noctem ludo ducunt, & pocula læti  
 Fermento atque acidis imitantur vitea sorbis.  
 Talis Hyperboreo Septem subiecta trioni  
 Gens effrena virum Rhiphæo tunditur Euro:  
 Et pecudum fuluis velantur corpora fetis.

Si tibi lanicium curæ, primùm aspera sylua,  
 Lappæque, tribulique absint: fuge pabula læta:  
 Continuoque greges villis lege mollibus albos.  
 Illum autem (quanuis aries sit candidus ipse)  
 Nigra subest vdo tantum cui lingua palato,  
 Reijce, ne maculis infuscet vellera pullis  
 Nascentum: plenoque alium circumspecte campo.  
 Munere sic niueo lanæ (si credere dignum est)  
 Pan deus Arcadiæ captam te Luna fefellit,









LIBER III.

In nemora alta uocans : nec tu aspernata vocantem.

At cui lactis amor, cythrum, totosque frequentes

Ille manu, falsasque ferat præsepibus herbas,

Hinc & amant fluuios magis, ac magis vbera tendunt:

Et salis occultum referunt in lacte saporem.

Multi iam excretos prohibent à matribus hœdos:

Primæque ferratis præfigunt ora capistris.

Quod surgente die mulsere, horisque diurnis,

Nocte premunt : quod iam tenebris, & Sole cadente,

Sub lucem exportant calathis ( addit oppida pastor )

Aut parco sale contingunt, hyemique reponunt.

Nec tibi cura canum fuerit postrema : sed vnâ

Veloces Sparthæ catulos, acremque Molossum

Pasce sero pingui, nunquam custodibus illis.

Nocturnum stabulis furem, incursumque luporum,

Aut impacatos à tergo horrebis lberos.

Sæpe etiam cursu timidos agitabis onagros:

Et canibus leporem, canibus venabere damas.

Sæpe volutabris pulsos syluestribus apros

Latratu turbabis agens, montesque per altos

Ingentem clamore premes ad retia ceruum.

Disce & odoratam stabulis accendere cedrum,

Galbanoque agitare graues nidore chelydros.

Sæpe sub immotis præsepibus, aut mala tactu

Vipera delituit, calumque exterrita fugit:

Aut tecto assuetus coluber succedere, & ymbrae,

Pestis acerba bouum, pecori que aspergere virus,

Fouit humum, cape saxa manu, cape robora pastor,

Tollentemque minas, & sibila colla tumentem

Deijce . iámque fuga timidum caput abdidit altè,  
 Cum mediij nexus, extremæque agmina caudæ  
 Soluuntur, tardosque trahit sinus vltimus orbes.  
 Est etiam ille malus Calabris in saltibus anguis,  
 Squammea conuoluens sublato pectore terga,  
 Atque notis longam maculosus grandibus aluum :  
 Qui dum amnes vdi rumpuntur fontibus, & dum  
 Vere madent vdo terræ, ac pluuiialibus Austris,  
 Stagna colit, ripis que habitans : hic piscibus atram  
 Improbis ingluuiem, ranisque loquacibus explet.  
 Postquam exhausta palus, terræque ardore dehiscunt,  
 Exilit in siccum, & flammantia lumina torquens,  
 Sæuit agris, aspérque siti, atque exterritus æstu.  
 Ne mihi tum molles sub dio carpere somnos,  
 Neu dorso nemoris libeat iacuisse per herbas :  
 Cum positis nouus exuiijs, nitidusque iuuenta  
 Voluitur, aut catulos tectis, aut oia relinquens,  
 Arduus ad Solem, & linguis micat ore trifulsis.  
 Morborum quoque te causas, & signa docebo.  
 Turpis oues tentat scabies, vbi frigidus hyembar  
 Altius ad viuum perfedit, & horrida cano  
 Bruma gelu : vel cum tonsis illotus adhæsit  
 Sudor, & hirsuti secuerunt corpora vepres.  
 Dulcibus idcirco flumijs pecus omne magistri  
 Perfundunt, vdisque artes in gurgite villis  
 Mersatur, missusque secundo defluit anni:  
 Aut tonsum tristi perfundunt corpus amurca,  
 Et spumas miscent argenti, & sulphura viua,  
 Idæasque pices, & pingues vnguine ceras,

## LIBER III.

Scyllámque, helleborósque graues, nigrúmque bitumen.  
 Non tamen vlla magis præsens fortuna laborum est,  
 Quàm si quis ferropotuit rescindere summum  
 Vlceris os: alitur vitium, viuítque tegendo,  
 Dum medicas adhibere manus ad vulnera pastor  
 Abnegat, & meliora Deos sedet omnia poscens.  
 Quin etiam ima dolor balantum lapsus ad ossa  
 Cùm furit, atque artus depascitur arida febris,  
 Profuit incensos æstus auertere: & inter  
 Ima ferire pedis salientem sanguine venam:  
 Bisaltæ quo more solent, acérque Gelonus,  
 Cùm fugit in Rhodopen, atque in deserta Getarum,  
 Et lac concretum cum sanguine potat equino.  
 Quam procul aut molli succedere sæpius vmbra  
 Videris, aut summas carpentem ignauius herbas,  
 Extremámque sequi, aut medio procumbere campo  
 Pascentem, & seræ solam decedere nocti:  
 Continuo, culpam ferro compesce prius, quàm  
 Dira per incautum serpent contagia vulgus.  
 Non tam creber agens hyemem, ruit æquore turbo,  
 Quàm multæ pecudum pestes. nec singula morbi  
 Corpora corripunt, sed tota æstiuâ repentè,  
 Spémque, gregémque simul, cūctámque ab origine gentem.  
 Tum sciat, aërias Alpes, & Norica siquis  
 Castella in tumulis, & lapidis arua timauí,  
 Nunc quoque post tantò videat, desertáque regna  
 Pastorum, & longè saltus, latéque vacantes.  
 Híc quondam morbo cæli miserranda coorta est  
 Tempestas, totóque autumní incanduit æstu:

Et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum:  
 Corruptique lacus, infecit pabula tabo.  
 Nec via mortis erat simplex: sed ubi ignea venis  
 Omnibus acta fitis, miseros adduxerat artus,  
 Rursus abundabat fluidus liquor, omniâque in se  
 Ossa minutatim morbo collapsa trahebat.  
 Sæpe in honore Deum medio stans hostia ad aram,  
 Linea dum niuea circumdatur infula vitta,  
 Inter cunctantes cecidit moribunda ministros:  
 Aut siquam ferro mactauerat antè sacerdos,  
 Inde neque impositis ardent altaria fibris:  
 Nec responsa potest consultus reddere vates:  
 Ac vix suppositi tinguntur sanguine cultri.  
 Summâque ieiuna sanie infuscatur arena.  
 Hinc lætis vituli vulgò moriuntur in herbis:  
 Et dulces animas plena ad præsepia reddunt.  
 Hinc canibus blandis rabies venit, & quatit ægros  
 Tussis anhela sues, ac faucibus angit obesis.  
 Labitur infelix studiorum, atque immemor herbæ  
 Victor equus: fontèsque auertitur: & pede terram  
 Crebrò ferit: demissæ aures: incertus ibidem  
 Sudor, & ille quidem moriturus frigidus: aret  
 Pellis, & ad tactum tractanti dura resistit.  
 Hæc ante exitium primis dant signa diebus.  
 Sin in processu cœpit crudescere morbus,  
 Tum verò ardentes oculi, atque attractus ab alto  
 Spiritus, interdum gemitu grauis, immâque longo  
 Ilia singultu tendunt. it naribus ater  
 Sanguis, & obsessas fauces premit aspera lingua.



5. *Scorpaenopsis diabolus* (Forsk.)  
 This is a very common species of the  
 genus *Scorpaenopsis*. It is found in the  
 Gulf of Mexico, and is a very common  
 species of the genus *Scorpaenopsis*.

*Ph. medicum proferri debeat in istis ventris*

## LIBER III.

Profuit incerto latices infundere cornu  
 Lenæos, ea visa salus morientibus vna.  
 Mox erat hoc ipsum exitio, furisq; reſecti  
 Ardebant: ipſique ſuos, iam morte ſub ægra  
 (Dij meliora pijs, errorémque hoſtibus illum)  
 Diſciſſos nudis laniabant dentibus artus.

Ecce autem duro fumans ſub vomere taurus  
 Concidit, & miſtum ſpumis vomit ore cruorem,  
 Extre-mosq; ciet gemitus. it triftis arator  
 Mœrentem abiungens fraterna morte iuuen-cum,  
 Atque opere in medio deſixa relinquit aratra.  
 Non umbræ altorum nemorum, non mollia poſſunt  
 Prata mouere animum: non qui per ſaxa volutus  
 Purior electro campum petit amnis: at ima  
 Soluuntur latera, atque oculos ſtupor vrget inertes,  
 Ad terrámque fluit deuexo pondere ceruix.

Quid labor, aut benefacta iuuant? quid vomere terras:

Inuertiffe graues? atqui non Maſſica Bacchi

Munera, non illis epulæ nocuere repoſtæ:

Fron-dibus, & victu paſcuntur ſimplicis herbæ.

Pocula ſunt fontes liquidi, atque exercita curſu

Flumina, nec ſomnos abrumpit cura ſalubres.

Tempore non alio dicunt regionibus illis

Quæſitas ad ſacra boues Iunonis, & vris

Imparibus ductos alta ad donaria currus.

Ergo agrè raſtris terram rimantur, & ipſis

Vnguibus infodiunt fruges, montesq; per altos

Contenta ceruice trahunt ſtridentia plauſtra.

Non lupus inſidias explorat ouilia circum,

Nec gregibus nocturnus obambulat: acrior illum  
Cura domat. timidi damæ, ceruique fugaces  
Nunc intèrque canes, & circum tecta vagantur.

Iam maris immensi prolem, & genus omne natatum  
Littore in extremo, ceu naufraga corpora, fluctus  
Proluit: insolitæ fugiunt in flumina phocæ:

Interit & curuis frustra defensa latebris  
Vipera, & attoniti squammis astantibus hydri.

Ipsis est aër auibus non æquus, & illæ  
Præcipites alta vitam sub nube relinquunt.

Præterea nec iam mutari pabula refert:

Quæsitæque nocent artes: cessere magistri,  
Phyllirides, Chiron, Amythaoniúsque Melampus.

Sæuit & in lucem Stygijs emissa tenebris

Pallida Tisiphone morbos agit antè, metumque:

Inque dies avidum surgens caput altius effert.

Balatu pecorum, & crebris mugitibus amnes,

Arentesque sonant ripæ, collésque supini.

Iamque cateruatim dat stragem: atque aggerat ipsis

In stabulis turpi dilapsa cadauera tabo:

Donec humo tegere, ac foueis abscondere discunt.

Nam neque erat corijs vsus: nec viscera quisquam,

Aut vndis abolere potest, aut vincere flamma.

Nec tondere quidem morbo, illuuiéque peresa

Vellera, nec telas possunt attingere putres.

Verum etiam inuisos si quis tentarat amictus:

Ardentes papulæ, atque immundus olentia sudor

Membra sequebatur: nec longo deinde moranti

Tempore, contactos artus sacer ignis edebat.

FINIS.

